

91 Abbatissa potest dare juramentum ad inquirendam veritatem.

90. Abbatissa ex vi, ac inuncto onere sui officii tenent moniales compellere ad observantiam regularem, ut fatentur omnes de quo Sanchez tom. 2. in Decalog. lib. 6. cap. 1. num. 27. Valquez, 1. 2. disp. 166. cap. 4. nu. 28. & inde potest excessus monialium punire; At verò si excessus fuerit grandis, grandisque notæ, ad Ordinarium, vel Prælatum regularem recurrat Abbatissa, ut advertit Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 9. num. 15.

91. Admonet tamen Sanchez citatus ex Barbosa, à sancto Faustino, ac Ledesma; quòd sicut quilibet iudex legitime inquirens de delicto obligat sub peccato mortali ad detegendam veritatem in rebus magni momenti, etiam secluso juramento; sic & Abbatissa inquirens de delicto, non solum adhibito juramento, sed etiam suo præcepto obligat sub mortali ad aperendam veritatem; nam ipsa potest punire delictum: ergo & inquirere; Qui dat finem, dat media ad finem.

QUESTIO XXXIII.

Abbatissa nec sibi, nec suis Monialibus potest eligere confessionem.

SUMMARIUM.

- 92 Abbatissa nec sibi, nec suis monialibus potest eligere confessorem.
93 Si habet jurisdictionem quasi episcopalem rectori, quem constituit, dat Papa jurisdictionem.

92. Resolutio negativa est certa, quia talis facultas requirit potestatem clavium ac jurisdictionem spiritualem, quam Abbatissa non habet, & inde verè, & propriè non est Prælatæ, sed tantum latè, & impropiè, ut communiter tradunt Doctores cum D. Thom. in 4. d. 19. quest. 1. art. 1. quest. 3. ad 4. Femina enim saltem jure Canonico incapax est talis jurisdictionis; ita Megala verb. Abbatissa, n. 10.

Si verò Abbatissa habeat jurisdictionem quasi Episcopalem privatè, nempe, ne ejus subditi subjiciantur Episcopo, tunc ex privilegio Pontificis potest constituere rectorem, verbi gratia, cui ad designationem Abbatissæ Summus Pontifex dat jurisdictionem; ita Bellasius verb. Abbatissa, num. 26. ad agenda eæ quæ sunt juris spiritualis.

QUESTIO XXXIV

An Abbatissa possit recipere novitias, & eas ad professionem admittere sine licentia superioris?

SUMMARIUM.

- 94 Abbatissa sine licentia superioris non potest recipere novitias.

95 Potest sine licentia superioris admittere ad professionem.

94. Non potest Abbatissa, seu Priorissa, etiam de consensu monialium, sine suorum Prælatorum licentia recipere novitias, ita habet communis usus, hoc enim est actus veræ jurisdictionis; solum ad veros Prælatos pertinet, ita Casarrubius, Miranda, quos citant, ac sequuntur Lezana, tom. 1. cap. 26. n. 17. Fr. Antonius à Spirito Sancto in director. tom. 1. tract. 2. disp. 1. num. 239. Cum licentia superioris bene & congruè eas recipit; apud enim prælatum est totum regimen conventus, inde refert Suar. tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 10. cap. 11. numer. 1. Quod renuente, ac contradicente Abbatissa potest Prælatus recipere novitiam ad habitum ac ad professionem admittere.

95. Et quamvis admittere ad professionem monialium pertineat ad Prælatos, quos jura, ac constitutiones Religionum decernunt, tamen secundum jus commune Abbatissæ abique licentia superiorum possunt in suo monasterio novitias, servatis requisitis, ad professionem admittere; nam acceptatio hæc non est actus jurisdictionis, sed ejusdem superioritatis pertinentis ad potestatem æconomicam seu dominativam, quæ potest competere etiam femine; ita Hostiensis Archidiacon. & alii quos citant, ac sequuntur Azor. lib. 12. instruct. Moral. cap. 5. quest. 6. Sanchez lib. 5. in Decalog. cap. 4. num. 76. Fragosus, tom. 2. lib. 13. disp. 24. §. 76. num. 11. Quorum rationes addo, ex eo quod Prælatus admittit novitiam in monasterio, si ipsa rectè se habeat in novitiatu tacitè dat licentiam ad ejus professionem, non enim potest nisi injustè ac iniq̃ue compellere.

QUESTIO XXXV.

An Abbatissa habeat liberam administrationem bonorum temporalium conventus, & an valeat super illos contrahere?

SUMMARIUM.

- 96 Abbatissa habet liberam administrationem bonorum conventus ad contrahendum in rebus minoris momenti, & n. 97.
98 Contractus factus in rebus magnis sine consensu monialium, ac superioris est nullus.

96. Abbatissa habet liberam, & plenam administrationem bonorum temporalium conventus, sicut & Abbas circa bona propria sui conventus; unde potest instituire procuratorem, & administratores illius, ita Panormitan. Cardinal. Navar. Sanchez, quos citat, ac sequitur Pellizar. tom. 3. tract. 10. c. 10. sect. 2. num. 146. Tamen ut bene advertit Tamburin. tom. 4. disp. 32. quest. 13. num. 3. Hodiè dicta administratio non videtur absoluta, & independens, sed fere in omnibus monasteriis habet relationem ad consensum, vel capitulum monialium, imò ad Episcopum, vel Prælatum regularem, in rebus saltem, majoris momenti. Ex

97. Ex dictis patet resolutio ad secundam partem quæstionis, quod Abbatissa possit facere contractus super bona conventus de consensu sui capituli, imò & superioris monasterii, quod intelligitur de contractibus majoris momenti, nisi aliud habeat consuetudo, & præscribant Constitutiones Religionis.

98. Unde infert Sanctorius in consil. Minorum, cap. 11. stat. 7. quest. 2. Contractum factum à monialibus circa bona immobilia, sine consensu Superioris esse nullum ex defectu debitæ potestatis ad contrahendum, ac alienandum, cum moniales subjiciantur suis superioribus; consentiunt Postel. verb. Alienatio bonorum, num. 1. & verb. Moniales, n. 18. Fr. Emmanuel. Rodrig. tom. 1. quest. 27. art. 8. & refert art. 2. Quædam concessionem Leon. X. & Gregorii XIII. factam monialibus sancti Dominici, ac sancti Augustini, ut possint bona immobilia permutare, vendere, & alienare, converso pretio in utilitatem Conventus. De consensu tamen Ministrorum Provincialium, & majoris parvi conventus. Addit Sanctorius, quod ultra consensum Superiorum requiritur expressa licentia Sacr. Congregationis ex Decreto ipsius Congregationis die 7. Septembris 1614. sed hæc declaratio nec ostenditur authentica, nec est in usu.

Sanctor.

S. Congreg.

QUESTIO XXXVI.

An Abbatissa, vel Priorissa suis monialibus possit concedere facultatem largiendi, possidendi, ac accipiendi de bonis ad earum usum concessis?

SUMMARIUM.

- 99 Abbatissa potest dare talem facultatem.
100 Hæc facultas ad quantum taxanda.
101 Abbatissa potest dare facultatem habendi peculium.

99. Cum resolutum sit superiori quæstione, Abbatissam, seu Priorissam habere plenam & liberam administrationem bonorum sui monasterii ad instar Abbatis; inde aperit sequitur, quod possit dare facultatem largiendi, possidendi, & accipiendi de bonis ad ipsarum usum concessis, sicut & ceteri Prælati regulares. Ita Corduba, Lopez, Sorbo, Sanchez, Bartholom. Ledesma, quos citant, ac sequuntur Tamburinus tom. 4. disp. 9. quest. 3. num. 9. cum Lezana tom. 1. cap. 26. n. 14.

Quantum ad summam expendendi, multi Doctores apud Azorium tom. 2. lib. 4. cap. 12. quest. 4. dicunt Prælatum posse dare subdito licentiam expendendi singulis mensibus duos, vel tres aureos, singulisque annis extendunt hæc licentiam ad decem, aut duodecim, aut quindecim aureos, hoc tamen stante communi consuetudine nimis rigorosam est, ideo mihi aptior est sententia Suarii tom. 3. de Relig. lib. 8. cap. 15. num. 13. Hoc arbitrio prudentis viri, considerata necessitate, ac occasione taxandum est; & addit Pellizar. tom. 3. tract. 10. cap. 4. sect. 1. num. 67. Quod facultas accipien-

Corduba. Lopez. Sorbo. Sanchez. Barthol.

100. Ledesma. Tamburinus. Lezana. Azor.

Suar.

Pellizar.

di non videtur à monialium superioribus restringenda, exinde enim maxime crescant bona religionis, ac monasterii, hoc autem intelligitur, nisi aliter sit determinatum per constitutiones Religionis.

Ex eis etiam sequitur, quod Abbatissa possit dare suis monialibus licentiam habendi peculium, ut superior Religionis dat suis religiosis, Corduba, Rodriguez, Ledesma, & alii quos refert, ac sequitur Fragosus tom. 2. lib. 11. disputar. 24. §. 6. num. 15. Castro Palau tom. 3. disputar. 3. pag. 5. num. 5.

101.

Ballardia. Corduba. Rodriguez. Ledesma. Fragos. Cast. Pal.

QUESTIO XXXVII.

An & quando Abbatissa possit extraneis concedere facultatem ingrediendi clausuram monasterii, vel ipsa potest ab ea exire?

SUMMARIUM.

- 102 Solus superior potest dare hanc licentiam. Abbatissa verò ex tacita, vel præsumpta licentia Prælati, & n. 103.
104 Abbatissa exire potest ratione præsumpti fidelitatem.
105 Monialis emergens ad Ecclesiam ducenda.

102. De hac quæstione latius dicam infra, cum de clausura monialium fuerit sermo, Respondeo, quod Abbatissa, seu Priorissa non potest extraneis talem facultatem concedere, hoc enim tantum pertinet ad Superiores conventus, cap. Periculo de textu Regular. in 6. & Concilium Trident. sess. 25. cap. 5. de Regularibus ubi ait: Ingredi autem intra septa monasterii, nemini liceat, sine Episcopi, vel superioris licentia, &c. & subdit sacrum Concilium, quod hæc licentia non detur, nisi in casibus necessariis: Ita communiter Doctores, quos ad longum in magno numero citat, & sequitur Barbosa in Collectaneæ ad Concilium citato loco, & ex Navarro, & Rodriguez dicunt Sanchez in Decalog. lib. 6. cap. 16. nu. 2. Campanella in Divers. juris Canon Rubr. 12. cap. 16. num. 20. posse superiores monialium generalem licentiam concedere Abbatissis dandi hæc licentiam in casibus frequenter occurrentibus, & necessariis maxime.

103.

C. Pericul. Concilium. Tridentin.

Barbosa. Navar. Rodriguez. Sanchez. Campanel.

104.

Fr Eman. Campan. Fragos. Barbosa. Delben.

At in casu repentino, in quo est periculum in mora, & Prælatus longe abest: tunc Abbatissa ex præsumpta proprii Prælati voluntate, potest ingrediendi facultatem concedere, ita Fr. Emmanuel. tom. 1. quest. 46. art. 2. in fine, Campanel. citatus, num. 20. Fragosus Barbosa, & alii, quos citat, & sequitur Delben tom. 2. cap. 19. dub. 37. num. 17. & ita vidi in usu Delben observari.

Adverte tamen quod Abbatissa, seu Priorissa poterit exire de clausura, quando ratione feudi tenetur præstare fidelitatis juramentum alicui principi seculari, si illud per procuratorem præstare non potest, nec princeps vult ad monasterium accedere, hoc cedit in bonum conventus; & sic concessum à Bonifacio

C. Petriul. Sanchez. Bonac. Lezana.

facio VIII. in cap. Periculofo, de statu Regula. in 6. Ita Sanchez citatus, numero 51. Bonacina de clausur. quest. 1. punct. 5. num. 9. Lezana tom. 1. cap. 26. num. 20.

105.

Monialis encirgumena extra septa monasterii ad Ecclesiam deferenda, ut à Præsbytero seculari, vel regulari exorcizetur; ita decilum à sacra Congregatione die 20. Septembris refert Aldan. tit. 10. num. 26. alios multos casus, & ad text. Concilii adducam infra dum de clausura monialium fuerit sermo.

Sacr. Congregat. Aldan.

QUÆSTIO XXXVIII.

An & qualiter Abbatisfa possit conferre beneficia Ecclesiastica, Clericos, & Capellanos instituire?

SUMMARIUM.

106 Abbatisfa beneficia curata annexa monasterio potest conferre. 107 Penfo in qua quantitate ponenda fit. 108 Abbatisfa potest vicarios suspendere.

106.

Plus V.

Abbatisfa potest præsentare Clericos, & conferre beneficia curata ex Constitutione Pii V. Bulla 47. in Ordine; & hoc etiam ex privilegio Pontificio habent multa monasteria, verbi gratia, in hoc regno Udivillas, Conceptionis Virginis Juliae pacti, dummodo talia beneficia sine unita, & annexa suis monasteriis, tunc Abbatisfa de consensu sui Capituli potest conferre tale beneficium, non tamen conferendo jus spirituale ac clavium potestatem in eo inclusam, sed instituire institutione authorizabili, ut loquuntur in hac materia Fr. Emanuel. tom. 1. quest. 17. artic. 12. Miranda de Monialibus quest. 6. art. 5. Tambur. disp. 32. quest. 12. num. 1. tom. 3. à quibus non dissentit Suarez tom. 5. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 9. num. 14. Monens, quod vel tunc Abbatisfa præsentat Clericum Episcopo, & Episcopus ei confert jurisdictionem, vel Abbatisfa absoluit ipsum Clericum designat, ac præsentat, & tunc stante tali electione jus spirituale, etiam ad audiendas confessiones confertur à Papa, & in hoc sensu Abbatisfa potest dare possessionem beneficii, quia talis actus non est juris spiritualis, & idem dicendum est etiam de capellanis quoad eorum collationem.

Fr. Eman. Miranda. Tambur. Suarez.

106. Pius V.

Pius V. in sua citata Bulla ad exequendum sub die 15. Novembr. 1567. determinat portionem reddituum annuorum assignanda in Vicario, sive perpetuo, sive amovibili ab Abbatisfa præsentato ad beneficia monasterii unita, non debere excedere 100. aureos, nec minus 40. & idem ibi statuitur quoad Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos erga vicarios, seu beneficiatos ab eis præsentatos, hoc tamen non est in usu, ac praxi.

108.

Ex dictis bene sequitur, quod potest Abbatisfa vicarios, seu capellanos suspendere ab officio, & beneficio, & subtrahere præbendas, & præcipere, ne celebrent in suis Ecclesiis, vel in penam, vel donec satisfecerint, & in tali casu propriè non exerceat jurisdic-

tionem spiritualement, sed ad ejus voluntatem implemet Papa aufert jurisdictionem spiritualement. Ita Henriquez, Veiga, & alii, quos citat. Henriquez. ac sequitur Fragofus tom. 2. lib. 11. disp. 24 §. 6. Veiga. num. 1. & Pellizar. tom. 3. tract. 10. cap. 10. sect. 2. num. 131. Fr. Anton. à Spiritu Sancto in director. Fr. Anton. tom. 1. tract. 2. disp. 1. sect. 5. n. 261.

QUÆSTIO XXXIX.

An Abbatisfa possit impedire subdita moniali ne utatur licentia sibi à Prelato data?

SUMMARIUM.

109 Ex justa causa potest impedire talem licentiam, minime verò sine illa.

Si intervenit justa causa, bene potest Abbatisfa suspendere gratiam factam à Prelato; secus si non datur justa causa. Ita colligitur ex Sanchi, lib. 6. moralium, cap. 3. nu. 9. Corduba in Regula Sancti Francisci, cap. 10 q. 2 part. 6. ac Peyrino de restitu. §. quest. 1. cap. 8. §. 6. & patet, quia in priori casu remissio, ac coactatio non censetur fieri absque consensu concedentis, saltem tacito, ac interpretativo: in posteriori verò procedit licentia ut legitima. Reg. 17. num. 6 Indultum à jure beneficium, non est alicui aufereendum.

109. Sanchez. Corduba.

Peyria.

Regul. j.



RESOLUTIO III.

Abortus, seu Aborsus.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid sit abortus, & quam grande crimen?

Abortus seu abortus est intempestiva ejectione fetus immaturi ex utero matris. Hoc autem fieri potest vel ante factum animationem, vel post. Qui ejicit immaturè factum animatum rigidè punitur tam à jure civili, quàm Canonico, pœnis homicidarum, & præter peccatum mortale incidit in excommunicationem & irregularitatem.

12

Jus Civile. Jus Canon. cum.

Qui verò ejicit factum nondum animatum, licet non committat homicidium, tamen gravi scelere, ac peccato mortali se obstringit; tamen à jure civili reus hujus criminis punitur exilio; amissione partis bonorum, si persona sit bonæ, ac honestæ conditionis; si verò sit inferioris, ac humilioris damnatur ad metallum. l. Si quis aliquid, §. Qui abortionis, ff. l. Si quis de panis.

28

L. Si quis

QUÆSTIO II.

Proponitur constitutio rigorosa Sixti V. contra procurantes aborsum.

3. Sixtus V.

Sixtus V. in constitutione 87. edita anno 1588. Quæ incipit: Effrenatano, determinat §. 1. ut ii qui per se, vel interpositas personas abortum factum animati procuraverint percussioneibus, venenis, medicamentis, oneribus, aliove quocumque modo, teneantur pœnis omnibus jure divino, canonico, & civili statutis contra veros homicidas. §. 2. 3. & 4. Decernit eos incurrere irregularitatem, unde nec promoveri possint, nec si jam promoti sint, ministrare, sed eo ipso omni privilegio clericali, officio & beneficio esse privatos, quæ sic vacatura referentur Papæ, atque inhabiles in futurum sint, esto delictum fuerit occultum, & qui foro Ecclesiastico sunt subiecti, degradati tradantur seculari foro capitali pœna puniendi.

4.

§. 5. Similibus pœnis vult subiacere eos qui sterilitatis potiones, ac venena propinaverint mulieribus, aut quominus fetus concipiant impedimentum præstiterint, consuluerint, ac auxiliari fuerint: nec non & mulieres, quæ ea scienter sumperint, & §. 6. Ut detur in hoc crimine puniendo inter judices præventio contra quosdamque, & testes jure inhabiles suo arbitratu recipiant, & pœnis afficiant reos.

5.

§. 7. & 8. Eos omnes tam principales, quàm socios, confociosve talis criminis, nec non opem, consilium, aut favorem dantes subiecti excommunicationi, quam ipso facto incurrant; & à qua nequeant absolvi (nisi in mortis articulo) nec etiam in Jubilæis, aut vigore Concilii Tridentini à Romano Pontifice, & similiter ab irregularitate hac de causa contracti, & ab eo tantum vigentissimis de causis dispensari possit. Hæc est summa prædictæ constitutionis.

QUÆSTIO III.

Ponitur moderatio Gregorii XIV. ad prædictam constitutionem.

6. Greg. XIV.

Gregorius XIV. in sua constitutione 8. edita anno 1591. quæ incipit: Sede Apostolica: Moderavit prædictam Bullam Sixti V. sui antecessoris. Unde §. 2. determinat, si factus animatus fuerit, tam ad eos, qui hæcenus deliquerant, quàm qui in futuro delinquent, ut à peccato, & excommunicatione possit quilibet Presbyter tam secularis, quàm regularis ad confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per ordinarium loci deputatus, in foro tamen conscientie, absolvere.

7.

§. 3. verò 3. subdit: Quod si factus animatus non fuerit, pœnas abortum procurantium & exhibentium mulieribus, & suscipientium venena sterilitatis, aut quocumque modo dantium auxilium, & consilium, reducit ad ter-

minos juris communis, sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini tam quoad præterita, quàm quoad futura, §. 4. Cætera verò omnia, quæ in Bulla Sixti V. continentur, vult in suo robore manere. Quæ omnia latius per sequentes quaestiones sint explicanda.

QUÆSTIO IV.

Quando Proles animatur anima rationali.

SUMMARIUM.

8 Opinio Lessii & aliquorum. 9 Communis & recepta sententia. 10 In dubio reputandus est fetus masculus.

Ad incurrendas pœnas contentas in constitutionibus Apostolicis, maxime præ oculis habendum est: an factus sit animatus? de tempore autem quo factus animatur res est dubia. Hypocrates medicorum princeps, lib. de natura fetus, n. 10. quem sequuntur Lessius, de natura fetus, n. 10. quem sequuntur Lessius, lib. 2. cap. 9. dubio. num. 65. Cornelius in Penitentiæ. ad cap. 12. Levitici, ad illa verba: Si autem femina pepererit, Mazuchel. de casibus re. servatis, disp. 2. cap. 3. num. 5. Porcielin. in responsionibus, tom. 1. 3. part. casu 12. num. 1. dicunt, quod in masculis corpus anima informatur longissime die trigesima, feminæ verò corpus longissime informatur anima die quadragesima secunda. Et ratione id persuadetur, quia corpus masculi & feminæ sunt ejusdem speciei, quæ causa ergo poterit intercedere, ut anima feminæ in duplo tardius informetur, quàm anima masculi: unde Postel citatus, secundam sententiam referendam appellat fabulam.

8.

Hypocr. Lessius. Corneli. Mazuch. Postel.

9.

Tamen communior sententia hodie est cum Aristotele lib. 7. de animalibus, cap. 3. Mars animati die quadragesimo à conceptu, feminas verò die octogesimo, & aliquando nonagesimo. Ita Marchinus, Molina, Megala, Coriolanus Quaranta, quos citant, ac sequuntur Layman. lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 4. num. 2. Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 4. n. 2. Et hoc intelligitur regulariter, quia ex caliditate, vel frigiditate matris, hoc citius, vel tardius aliquando contingit.

Marchio. Molin. Megala. Coiolan. Quarant. Layman. Trullench.

10.

In hac sententia est Naldus in summa verb. Abortus, num. 2. ubi ait, Abortum post quadragesima dies in masculo, in feminæ autem post octoginta animatum esse anima rationali, tradunt omnes; In dubio autem, id est si ne masculus, an feminæ, tunc censetur esse masculus, & sic animatus anima rationali, & ita servat sacra penitentiaria, ita ille, quod etiam docent Machadus de peccat. Confessor. tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 17. decum. 8. num. 2. Bordon. Bordon. tom. 1. Regul. Refol. 45. quest. 2. n. 2. Diana. Diana tom. 1. tract. 5. Refol. 7. Hæc sententia mihi videtur in praxi sequenda, ex eo quod citati Auctores testantur, quod sacra penitentiaria Romana ita observari.

Machad. Bordon. Diana.